BIBLIA SACRA
CARMINIBUS MNEMONICIS
COMPREHENSA.

Ad uſum ſtudioſæ Juventutis.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

PARISIIS,
Typis P. Æ. Le Marcier, Typographi ac Bibliopolæ, viâ Jacobæâ ſub Libro aureo.

M. DCC. LXXVII.
Cum Approbatione & Privilegio Majeſtatis.

Digitized by Google

JUVENTUTI SACRARUM SCRIPTURARUM STUDIOSÆ.

QUOD in deſerto degenti fuit Iſraelitæ Manna, hoc Chriſtiano peregrinanti Scripturæ Sacra, cæleſte quoddam viaticum eſt, & quotidianus animæ cibus: quo nempè, ſi quis Dei ſenſus eſt, non paſcimur modò ſaluberrimè, ſed dulciſſimè recreamur. Quarè ſancti Patres hortantur nativum iſtud hominis Chriſtiani alimentum, non ſummis faſtidiosè labiis delibare, verùm pleno hauſtu jugiter, & ore famelico vorare.

Ad quid enim tot in Biblia Doctorum lucubrationes, niſi ut abſconditum ibi Manna ſapere, & ipſo ali conſueſcamus? Hinc ſcilicet innumeræ Scripturarum verſiones & Epitomæ: hinc quidquid induſtrioſa pietas excogitavit ad guſtum ſpiritualis iſtius cibi acuendum, imò ad irritandam famem. Idem & hujus opuſculi ſcopus. Auctor, quiſquis eſt (nam ignoratur) Technicis, *ut aiunt, verſibus omnes Scripturarum apices complexus, eo conſilio voluit in breve cogi, ut uno intuitu conſpici totus ordo Bibliorum,*

totaque materiæ ſeries teneri poſſit ; quod ad juvandum ſtudioſæ juventutis memoriam plurimùm conferet. Vix erat quidem, ut Auctor, dùm præcipuè brevis eſſe laborat, ſubobſcurus non aliquandò fieret, ut in hoc verſu de Turri Babel

Dum ſe diffundit mundus, confunditur ore;

ſed vel hoc in incommodo, quod vitari nullatenùs poterat, idipſum commodum eſt, quod hìc minimè timendum ne, ut ſæpè fit in Epitomis, fontes omitti, rivuli ſinant ; cùm operis ipſe contextus habere ſemper in promptu ſacros codices, ſtudioſos utiquè cogat.

Utut ſit : cogitate, Juvenes, hunc Scripturæ Sacræ Typum ob oculós obverſari, quaſi tabulam ductilem, in quâ certis lineamentis montes, maria, flumina, vaſtiſſimæ Regiones, totus orbis, deſcribuntur. Apparent alii panem fortibus, lac parvulis miniſtraſſe, ſat opellæ nobis eſto.

¶ SIFRÆ Verſibus affixæ Capitum omnium ordinem, accuratè obſervatum exhibent, & cujuſque argumentum, indice verbo, ſubnotant.

BI-

BIBLIA SACRA
CARMINIBUS MNEMONICIS
COMPREHENSA.

GENESIS.

Cap. 1 2 3
FIT Mundus. Formatur Homo. Mox peccat Adamus.
4 5
Cæde vagus: colit urbem, arteſque. Repullulat orbis.
6 7 8 9
Peccantes pereunt; Noë ſervatur, & offert.
10 11
Dum ſe diffundit mundus, confunditur ore.
12 13 14
Fit peregrinus Abram. Ditatur: Lotque reducit.
15 16 17
Credidit: & prolem, fœduſque in carne recepit.
18 19
Fruſtra orat. Sulphur pluit. Hinc Moabus & Ammon.
20 21
Sara ſoror, conjuxque Abrahæ parit. Ejicit Agar.
22 23
Immolat affectu natum; ſepelitque Maritam.
24 25 26
Sponſatur. Geminos generat. Benedicitur Iſaac.
27 28
Fratrem ſupplantat Jacob: refugitque minantem.
29 30 31
Auctus conjugibus, natis, gregibuſque revertit.

Lu-

[32] Luctatus ſuperat. Germani [33] cedit & iræ.
[34] Raptus turbat. Obit [35] Rachel. Eſau [36] à fratre recedit.
[37] Dilectus venit Joſeph. Geminos [38] Thamar edit.
[39] Caſtus, & [40] Interpres, de carcere [41] clarior exit.
[42] Vincla, [43] metuſque, [44] minæque, probant demum [45] oſcula fratrem.
[46] Iſraël Egyptum ingreditur. Fitque [47] incola Geſſen.
[48] Hos, [49] illos, moriens benedicit. Obit [50] quoque Joſeph.

EXODI.

[Cap. 1] ISRAEL opprimitur. Moyſes cæde [2] aufugit aulâ.
[3] Mittitur in ſignis; ſociuſque [4] adjungitur Aaron.
Pejus [5] agit Pharao. Dominuſque [6] potentius inſtat.
[7] Virga vorat; Rubet unda; [8] animalia; peſtis [9] & ulcus.
Grando; [10] locuſta & nox. [11] Memphim ſpoliare jubetur.
Extinctis [12] primogenitis; dum paſcha [13] fit, exit.
Trans [14] mare, ſubmerſo grates [15] Pharaone rependit.
[16] Manna datur. Fluit è [17] ſilice unda. Amalecque fugatur.
Juſtitiæ [18] partitur onus. Sina [19] lampade fulget.
Hinc [20] præcepta Dei; [21] hinc & [22] judicialia [23] traxit.
[24] Sancitur fœdus. Rerum [25] exemplaria dantur.
[26] Velum, [27] altare, [28] oleum, [29] veſtes, [30] thimiamata, [31] fabri.
[32] Plebs idola colit. [33] Veniam, tabulaſque [34] recepit.
Ex [35] donis [36] populi [37] Domino [38] fit [39] mobile [40] templum.

LEVITICI.

I *Cap.* [1] MMACULATA holocauſta, [2] oblatio, & [3] hoſtia pacis.
[4] Inſcius, [5] immundus, [6] reus offeret, atque ſacerdos.
[7] Veſcitur his. [8] Unctus Domino [9] offert. Hos [10] vorat ignis.
[11] Eſca legenda tibi. [12] Mundanda puerpera dono.
[13] Diſcerne: & [14] munda lepram, & [15] cum ſanguine ſemen.
[16] Sic intra, & [17] macta: [18] conjungi turpe propinquis.
[19] Siſque pius, juſtuſque. [20] Magos fuge & omne nefandum.
[21] Uncti ſint ſancti. [22] Sit cuncta oblatio ſancta.
[23] Feſta colenda, [24] Deuſque, & [25] ſeptenarius annus.
[26] Hinc rectis bona, & hinc pravis mala. [27] Reddite vota.

NUMERORUM.

B *Cap.* [1] ELLANTEM numera populum, & per [2] caſtra locato.
[3] Pro primogenitis, & Templo [4] aſſume Levitas.
[5] Ejice pollutos; Bibat uxor adultera. [6] Vota.
[7] Offert quæque tribus ſua dona; [8] Aaronque Levitas.
[9] Caſtra [10] movent. [11] Carneſque petunt. [12] Leproſa Maria.
[13] Luſtratur terra. [14] Intentat pro murmure mortem.
[15] Hunc ſaxa, [16] hos humus haurit, & ignis. [17] Virgaque floret.
[18] Aaron primitias, Decimaſque Levi. [19] Expiet unda.
[20] Dat petra aquam. Aaron obit. [21] Vincunt. Serpenſque medetur.
[22] Ter Balaam [23] benedicit [24] eis. [25] Fert præmia zelus.
[26] Bellantes iterum numera. [27] Terram aſpice moſes,
[28] Sic mihi [29] ſacrifica. [30] Sic firma, ſed irrita vota.

Dele-

[31] Delectus Madian. [32] Tribubus tribus obvenit. [33] Hic ſtant.
[34] Divide [35] aſila loca. In tribubus [36] connubia junge.

DEUTERONOMI.

HUc [Cap. 1] veni, [2] vidi, [3] vici; at mihi terra negatur.
Hæc [4] mando tibi, quæ Dominus [5] mandavit in Horeb.
[6] Dilige toto ex corde Deum; [7] ſimulacraque dele.
[8] Ipſe deditque, [9] dabitque, ut [10] ames, [11] præceptaque ſerves.
Aras [12] ſubverte, & falſos [13] occide Prophetas.
[14] Munda ſit eſca. [15] Remitte. Colens [16] tria feſta per annum.
[17] Pontifici cauſas fer, [18] primitiaſque Levitis.
Perfugia [19] in medio. Hos è [20] pugna, illoſque remitte.
Non [21] rea ſanguinis urbs. [22] Moriatur adulter uterque.
Hos [23] recipe; hos [24] arce. Merces, [25] menſuraque juſta.
Has [26] mihi primitias dabis. [27] Hinc bene, & hinc male dicent.
Sic [28] felixque, miſerque. [29] In fœdera. [30] Vitaque morſque.
Joſue [31] dat Moyſes. [32] Cantat, [33] benedicit, [34] obitque.

JOSUE.

JOSUE [Cap. 1] dux. [2] Raab. [3] Unda. [4] Lapis. [5] Phaſe. [6] Jericho capta.
Furto [7] Achan lapidatur. [8] Haï conſumitur igne.
[9] Callida gens. [10] Stat ſol. [11] Urbes, [12] deſtructaque regna.
[13] Diviſio terræ Chanaan. Caleb [14] accipit Hebron.
[15] Sortes Juda, [16] Ephraim, [17] Manaſſes, [18] Benjamin & [19] Dam.
[20] Sex & Aſila. [21] Levi pars. [22] Gadque, Rubenque remiſſi.
[23] Diligite, ac [24] ſervite Deo; & nunc fœdus inite.

JUDICUM.

J Cap. 1 UDAS & Simeon pugnant. [2] Monet Angelus, & flent.
Pax [3] & bella Jacob. Victrix [4] dat Debora [4] cantus.
In [6] ſignis Gedeon [7] Madian, [8] Soccothque retundit.
Abimelech [9] vincens perit. Hi peccata [10] fatentur.
Sacrificat [11] natam Jephte. Ephrateoſque [12] repreſſit.
[13] Samſon ob [14] uxorem [15] ſurit, & ſecum [16] obruit hoſtes.
[17] Idolum Michæ, vi [18] Dan capit & Laïs urbem.
[19] Pro ſcelere eſt [20] deleta Tribus; [21] reparataque raptu.

RUTH.

R Cap. 1 UTH Noëmi ſequitur. [2] Spicas [3] legit. Accipit [4] & Boos.

I. REGUM.

SAMUELIS.

A Cap. 1 NNA parit Samuel; [2] cantat. Dominuſque [3] minatur.
[4] Capta eſt, [5] affligit, [6] necat, atque [7] reducitur Arca.
[8] Rex petitur. [9] Quærens Saül; [10] ungitur, inde prophetat.
[11] Hinc Rex, [12] hic juſtus. [13] Vincunt. Salvat [14] Jonatham plebs.
[15] Dum ſervatur Agag; reprobatur, [16] & ungitur alter.
[17] Percuſſo Goliath. [18] Saüli male David habetur.
[19] Quærit ut occidat. [20] Signum tranſmiſſa ſagitta.
[21] Cùm fugit, [22] ille furit. [23] Ceilam hic, [24] hoſtemque relinquit.
[25] Stulti uxor ſapiens. [26] Haſtam rapit, abſtinet hoſte.
[27] Is prædas agit; [28] ad ſugam iſte: [29] remittitur ille.

Oblatam [30] recipit prædam. Hi de [31] rege triumphant.

II. REGUM.

E*Cap.* [1] T Saülem, & Jonatham flet David. [2] Regnat in Hebron.
[3] Abner, & [4] Isboſeth occiſis; Regem [5] Iſraël ambit.
[6] Ludit coram Arca. [7] Promittitur ædificator.
[8] Victor ubique, [9] piuſque, [10] protervumque ultor in Ammon.
Fit de [11] mœcho homicida, pater, vir; [12] pœnitet illum.
[13] Vindicat ille ſtuprum in fratrem. Hinc [14] placatur ab illa.
[15] Rex [16] fugit. Hic maledicit. [17] Et hic [18] pendens, [19] redit; [20] Eſt pax.
[21] Progeniem tradit Saülis; [22] vincitque, canitque.
[23] Ultima verba; viri fortes: ſitque [24] optio peſtis.

III. REGUM.

PRIMUS MALACHIM.

C*Cap.* [1] ASTA fovet. Salomon rex; [2] pœnas ſumit inultas.
A [3] Domino ſapiens, juſtus, [4] diveſque, potenſque.
[5] Suppeditante Tyro, [6] extruitur templumque [7] domuſque.
[8] Dedicat orando. [9] Domino ſervire jubetur.
[10] Miratur regina Saba. [11] Is delirat amore.
[12] Sciſſum eſt regnum, & Religio: [13] miſſuſque Propheta.
[14] Jeroboam Nadab: at Roboam, atque [15] Aſiam excipit Aſa.
[16] Baaſa, Ela, & Zambri, Amri, Achab. [17] Eliæ alma poteſtas.
[18] Occurrit, mactat, [19] jugulat, ſugit, ingemit, ungit.
[20] Victor Achab: [21] lapidat Naboth: [22] perit ore Micheæ.

IV.

IV. REGUM.

SECUNDUM HEBRÆOS ET MALACHIM SECUNDUS.

Cap. 1 2
OCHOSIAS cadit. Eliæ ſuccedit Eliſeus.
3 4
Tres Reges ſuperant Moab: patrat ille ſtupenda.
5 6 7
Hic Lepram ab hoc. Ferrum. Cæci. Urbſque, fameſque ſoluta.
8 9 10
Hæc redit. Hazael, & Jehu. Ultrix dextera ſævit.
11 12
Athaliam Joas necat: inſtauratque, peritque.
13 14
Rex Joachas. Joaſque Syrum, Amaſiamque repreſſit.
15 16
Aſarias Joathan. Phaceia, & Phacee: Impius Achas.
17 18 19 20
Hi ſervi. Ezechias liber; de morte reductus.
21 22 23
Poſt Manaſſem, & Amon, Joſias pius; audit, & implet.
24 25
Sedecias Joachim excipit. Urbs, templumque cremantur.

I. PARALIPOMENON.

Cap. 1 2 3
ADÆ, Abrahæque genus. Nati Iſraël, atque Davidis.
4 5
Judæ progenies, Rubenque, Gad, atque Manaſſes.
6 7 8
Deinde Levi, & Tribuum ſex; Benjamin, indeque Saül.
9 10
Hi Solimam primi coluere. Ruina Saülis.
11 12
Cum David in Jebus. Hi fortes. Venit Iſraël Hebron.
13 14
Ducitur Arca. Oſa dividitur. Victuſque Philiſta eſt.
15 16
Læti deducunt Arcam; & dant cantica laudis.
17 18 19 20
Ædificare volens, nunc hos, nunc vincit & illos.
21 22 23
Offendit numerans. Opus en, templique Miniſtri.
24 25 26 27
Uncti. Cantores. Cuſtodes. Atque Tribuni.

28 29
Ædificate. Deo ſervite. Oblataque ſerte.

II. PARALIPOMENON.

Cap. 1. 2
SACRIFICAT ſapiens Salomon. Dein providet aris.
3 4
Extruitur templum; Templi quoque cuncta ſupellex.
5 6 7
Collocat Arcam. Orat Salomon. Sacra devorat ignis.
8 9
Inclytus, & Dives, fama ſapientia major.
10 11 12
Diſtrahitur regnum, cultuſque Dei. Urbs quoque capta eſt.
13 14 15 16
Vincunt Abia, & Aſa pius; Reprehenditur iſte.
17 18 19 20
Joſaphat & pius, & juſtus; prece diſſipat hoſtes.
21 22
Crudelis Joram languens perit, Ochoſiaſque.
23 24 25
Et bonus atque malus Joas perit, Amaſiaſque.
26 27 28
Lepra ex incenſo. Joathan pius. Impius Achas.
29 30 31
Ezechias litat, & celebrat phaſe, & horrea condit.
32 33
Blaſphemus perit. Is peccat, dein flet. Perit Amon.
34 35 36
Devotus Joſias phaſe agit. Regnum occidit, urbſque.

I. ESDRÆ.

Cap. 1. 2 3
DIMITTIT Cyrus. Hi redeunt. Fundatio templi.
4 5 6
Hi turbant, animant hi. Perficiuntque, litantque.
7 8
Eſdras, Rege volente, venit; via proſpera cedit.
9 10
Poſt Eſdræ lacrymas, expellitur extera conjux.

II. ESDRÆ.

Cap. 1 2 3 4
ORAT Nehemias. Venit. Ædificatque; repellit
5 6 7
Uſuras vetat, intrepidus; populumque recenſet.

Legem

8 Legem plebs audit. 9 Laudant; dein 10 fœdera ſignant.
11 Pars habitant Solymam; 12 cantant, & 13 Sabbatha ſervant.

TOBIÆ.

Cap. 1 TOBIAS pius, ac 2 cœcus gemit. 3 Orat, & ille,
4 Dat nato monita. Et 5 Raphaël comitatur 6 euntem.
7 Nubit, & 8 ambo orant. 9 Recipit. 10 Gemit hæc. Vale dicunt.
11 Hic vidit. 12 Raphaële abeunte, 13 prophetat, 14 obitque.

JUDITH.

Cap. 1. ASSYRIO regi 2 vaſtans dux 3 omnia ſubdit.
4 Iſraël opponit ſe. 5 Achior Domini acta recenſet.
6 Traditur hic populo. Tum 7 Bethuliam obſidet hoſtis.
8 Offert ſe Judith: Oſiam reprehendit, & 9 orat.
10 Egreſſam 11 dux alloquio 12 mensâque recepit.
13 Truncat, abit, caput oſtentat, 14 trepidantque, ſtupentque.
15 Hebræi Aſſyrios ſpoliant. Dat 16 cantica victrix.

ESTHER.

Cap. 1 POST epulas, Vaſthi rejecta. 2 Locum occupat Eſther.
3 Edictum mortis 4 luget Judæus, & orat.
5 Rex, regina, & Aman; parat iſte 6 crucem, hic dat honores.
De 7 mensâ ad crucem Aman. 8 Populo fert nuntia læta.
Hi 9 perimunt hoſtes. 10 Præſignant ſomnia 11 fatum.
12 Inſidiæ, 13 edictumque. Hic orat, 14 plangit & iſta;
Ad 15 regem ingreditur. Contraria 16 Epiſtola fertur.

J O B.

J *Cap.* 1 OB natis opibuſque cadens, 2 ſtat in ulcere victor.
Se 3 natum queritur. Senior 4 reclamat amicus.
Sæpe 5 nocens perit; at 6 juſtus patiturque, 7 miſerque eſt.
Si 8 miſer es, 9 Deus eſt juſtus, fortiſque, 10 benignus.
Nemo 11 Deum ignorare poteſt, 12 comprendere nemo.
Spes 13 & vita 14 Deus. Flos eſt homo, 15 ventus, arundo.
Non 16 verba hæc; mors 17 ſola poteſt lenire dolorem.
Impius 18 eſt aliis; 19 juſtuſque, ſibique, Deoque.
Aut 20 malus infelix, aut 21 victima tu 22 reſipiſce.
Nulla 23 latent, 24 fugiuntque Deum; ipſi 25 nullaque munda.
Hunc 26 cœlum pavet, hunc 27 timui, hunc gens horret iniqua.
Ecce 28 timor Domini ſapientia. 29 Quam alter 30 ab illo!
A 31 puero pius & bonus. Ab 32 nunquam ne reponam!
33 Semper ne injuſtus, 34 blaſphemans, 35 impius, audax!
Percutit 36 ut ſanet, faciens 37 miracula ſolus.
38 Diſce Deum ex opere. 39 Hunc animantia muta 40 loquuntur.
41 Terribilis Behemoth. 42 Recipit Job priſtina dupla.

LIBER PSALMORUM.

PRÆTERMITTITUR SEU RESERVATUR IN FINEM.

F *Cap.* ELIX legis amans Domini. 150 Dominum omnia laudent.

PRO-

PROVERBIORUM.

Cap. 1 2 3
SI timeas Dominum ſapiens, diveſque, beatus.
4 5 6
Impietas, Meretrix, fugiendaque adultera conjux.
7 8 9
Scorta cave. Sapientiam ama, quæ clamitat ad te.

PARABOLARUM.

Cap. 10 11
QUANTA bona hinc ſapiens, quanta hinc incommoda ſtultus.
12 13
Conſiliis agit ille ſenum; hic temere omnia tentat:
14 15
Ille timet, mala declinans; hic tranſilit audax.
16 17 18
Pacificus tacet ille; loquax hic jurgia miſcet.
19 20
Pigritiamque fames; & opes ſectantur amici.
21 22
Semper inops piger; & qui pinguia quærit egenus.
23 24
Caſtiga puerum. Stulti conſortia vita.
25 26
Duritiem frangit ſapientia, mitigat iras.
27 28
Blandimenta nocent, & amici vulnera proſunt.
29 30 31
Nec paupertatem, nec opes largire neceſſe eſt.

ECCLESIASTES.

Cap. 1 2 3
OMNIA vana, dolorque animi, ac vexatio mentis.
4 5 6
Utere divitiis; miſer eſt qui his abſtinet uti.
7 8 9
Sunt bonæ opes, melior ſapientia, at optima virtus.
10 11 12
Omnibus æqua cadunt. Mortis Dominique memento.

CANTICI CANTICORUM.

Cap. 1 2 3 4 5 6 7 8
QUANTUS amantis amor! vel amor ſic tantus amanti!

SAPIENTIÆ.

Cap. 1 DILIGE juſtitiam. 2 Perit impius. 3 Emicat inſons.
4 Gloria juſtorum tremor 5 eſt, & pœna malorum.
6 Major, 7 ſupplicium majus. Sapientia 8 ab 9 alto.
10 Juſtos ſervavit; 11 peccantes perdidit illa.
12 Juſtus, ſed melior Deus. 13 Idololatria vana.
14 Stultitiæ eſt opus idolum, 15 ſtultique colentes.
16 His bona, luxque; 17 his tormenta, horribileſque tenebræ.
18 Illis obſequitur flamma, & 19 mare corripit iſtos.

ECCLESIASTICI.

Cap. 1 PRINCIPIO Dominum time, ama, 2 fer, credito, ſpera.
3 Sit carus genitor. 4 Miſero ſuccurre petenti.
5 Peccatum cito, 6 amicum & 7 matrem deſere nunquam.
8 Lites, 9 & mulier, 10 fugiendaque gloria vana.
11 Et memorare bona, & mala; 12 nec credas inimico.
13 Dites & 14 cupidos fuge. 15 Ama conſortia juſti.
16 Filius aut bonus, aut nullus. 17 Peccata relinque.
18 Non ceſſes laudare Deum. 19 Vinumque caveto.
20 Lingua malum eſt. 21 Scelus eſt coluber. 22 Theſaurus amicus.
23 Gloria magna ſequi Dominum. 24 Sapientia ſe effert.
25 Quale malum mulier mala! 26 ama bonam: & 27 abdita ſerva.
28 Vindictam, linguamque malam fuge: 29 ſiſque fidelis.
30 Peſtes, 31 triſtitia, & gula. 32 Muſica cordis amica.
33 Præcellens eſto: 34 & retine tua ſomnia vana.

Sa-

Digitized by Google

35 Sacrifica juſtus. Da gaudens. 36 Contere gentes..
37 Tecum conſiliare ſilens: 38 mortiſque memento.
39 Nomen habet ſapiens. 40 Morti par turpis egeſtas.
41 Mortem non metuas. 42 Domini memor. 43 Aſtrue laudes.
44 Enoch, Noë, Abraham; 45 Moyſes, Aaron, Phineeſque;
46 Joſüe, Caleb, Samuël; 47 Nathan; David, Salomonque;
48 Zelanteſque; 49 pliique; 50 Prophetæ. 51 Te quoque laudo.

PROPHETIA ISAIÆ.

Cap. 1 Gens ingrata offert male. 2 Lex de monte Sionis.
3 Rex puer, & 4 germen Domini. 5 Plebs vinea amara.
6 Majeſtas Domini. 7 Virgo paritura. 8 Ruina hic.
9 Parvulus eſt natus. 10 Væ qui leges dat iniquas.
11 Flos de Geſſe. 12 Deus ſalvator. 13 Onus Babylonis.
14 Contrita eſt Babylon, 15 Philiſta, 16 Moabque, 17 Damaſcus.
18 Ægyptus 19 ruet. 20 Æthiopes capientur ab Aſſur.
21 Cum Babylone Arabes, Seir, urbs, 22 Epulæque peribunt.
23 Poſt caſum ſurget Tyrus. 24 Orbis amara ruina.
25 Ecce Deus noſter, 26 Salvator, 27 crimina tollet.
28 En lapidem in Sion mittet, 29 vobiſque ſoporem.
30 Ægypti vanum auxilium. 31 Ipſa & corruet Aſſur.
32 Rex juſtus. 33 Væ prædanti, 34 Edomque. 35 Invia laudans.
36 Sennacherib 37 perit, Ezechiæ 38 dat 39 ſigna ſalutis.
40 Vox in deſerto. 41 Deus omnia: nil ſimulacra.
42 En ſervus meus electus. 43 Salvator ego ſum.

C Præ-

Præter 44 me non eſt Deus. 45 O rorem date cœli.
46 Idola, & 47 Babylon vana. Ipſe ego 48 & omega & alpha.
En 49 datus in lucem populi. 50 Synagoga repulſa.
Lætitia 51 in Sion. Ecce 52 adſum. Fert ipſe 53 dolores.
O 54 ſterilis lætare. Ad 55 aquas propera. Advena 56 felix.
Sunt 57 idololatræ miſeri. Hæc 58 jejunia nulla.
Eſt 59 bonus, eſtque potens. Lux, 60 gloria, & 61 unctio Chriſti.
62 Inclytus adveniet. Cruor 63 unde? Utinam 64 ardeat ignis!
Ecce ego, 65 ego ad gentes. Lætare 66 Eccleſia Chriſti.

JEREMIÆ.

Cap. 1 EX utero Sanctus loquitur. 2 Cur Juda rebellis?
3 Juda redi. 4 Bellum effugies, quod jam 5 imminet urbi.
6 Ex Aquilone malum. 7 Non verba, ſed actio ſalvat.
8 Dives, avarus, egens, 9 mendax, aſſumite luctum.
10 Nil cœlum, aut idola. 11 Malis mala. 12 Cur bene iniquo.
Ut 13 lumbare in aqua. 14 Ne ores, nullâ 15 prece flectar.
Hic 16 tibi nulla uxor. Bene 17 erit, ſi ſabbatha ſerves.
Ut 18 figulus, Dominus. Dat 19 fracta laguncula 20 nervum.
21 Peſte, fame, enſe ruent. 22 Tumulo regeſque carebunt.
Ecce 23 David germen juſtum. En 24 bona, & en mala ficus.
Abducet 25 Babylon. Fere dat 26 prædictio mortem.
Vincula 27 mittit: & 28 Ananiæ, variiſque 29 minatur.
Vincula 30 diſrumpam; à longe 31 populumque reducam.
32 Agrum emit; & datur 33 æterni promiſſio pacti.

Rex

34 35
Rex capietur, & urbs. Melius parent Rechabitæ.
36 37 38
Flamma librum; carcerque, lacuſque habuere Prophetam.
39 40 41
Urbs capitur, rexque: huic datur optio. Perfidus iſte.
42 43
Obſiſtente Deo, ad Pharaonis limina tendunt.
44 45 46
Arguit hos fruſtra. Hic queritur male. Corruet illa.
47 48 49
Eſt mucro Domini in Moab, Seir, Ammon, & Ælam
50 51 52
Et ruet à Medis Babylon, quæ deſtruit urbem.

THRENI ſeu LAMENTATIONES JEREMIÆ.

Cap. 1 2
URBS, templum, virgo, juvenes, periere, ſeneſque.
3 4 5
Omnia ſunt cinis. Opprobrium, tu, reſpice noſtrum.

PROPHETIA BARUCHII.

Cap. 1 2
EX Babylone legunt librum; ac peccata fatentur.
3 4
In terris viſus Deus eſt. Animæquior eſto.
5 6
Exue te luctu. Eſſe Dii haud idola probantur.

EZECHIEL.

Cap. 1 2
CAPTIVUS, vidi, obſtupuique; animoſque reſumpſi.
3 4
Juſſus librum edere, & vigilare, & utrimque cubare.
5 6
Ure pilos, diſperge, ſeca. Enſis, peſtis, egeſtas.
7 8
Finis adeſt. Simulacra in templo & Adonidem adorant.
9 10
Interimunt non ſignatos Thau. Dat Cherub ignem.
11 12
His non parcam, horum miſerebor; moxque migrabunt.
13 14
Væ promittenti pacem, & fidentibus illis.
15 16 17
Vitis es, ò meretrix. Aquilis iſti æquiparantur.

18 Quiſque feret ſua. Adæquatur 19 rex Juda Leoni.
Non 20 reſpondebo. Feriet 21 Solymam enſis, & Ammon.
Urbs 22 polluta omni ſcelere. 23 Oollaque, & Oolliba præſtant.
Olla 24 uxor ſine luctu. Cum ſociis 25 ruet Ammon.
26 Inclyta 27 merce marique Tyrus cadet, ipſeque 28 princeps.
Tuque 29 rues magne Ægypti draco; 30 terraque tota
Sublimis 31 quamvis Pharao, deſcendet 32 ad ima.
Qui 33 vigilat, caveat. Paſtor 34 bene paſcat ovile.
Mons 35 Scir ecce cades, mons 36 Iſraël ecce reſurges.
Oſſa 37 reviviſcunt. Gog 38 victor, deinde 39 ſepultus.
Urbis 40 monſtratur, templi 41 quoque forma 42 futuri.
43 Templum majeſtate ſacrum, 44 ſanctique miniſtri.
Terræ 45 diviſio. Feſtorum 46 oblatio; portæ.
De 47 templo egrediens aqua. Terræ 48 hic terminus eſto.

DANIELIS.

Cap. 1 JEJUNUS lucet Daniel. 2 Secreta revelat
Tres 3 pueri in flamma benedicunt. 4 Beſtia fit rex.
5 Scripturam ſolvit Daniel. 6 Parcuntque leones.
7 Regna feris quatuor ſignantur; & ariete 8 & hirco.
9 Oranti hobdomades monſtrantur; 10 viſio terret.
Reges 11 venturos, & finem 12 prævidet orbis.
13 Caſta Suſanna. Bel, 14 atque draco, ceduntque leones.

OSEÆ.

Cap. 1 ACCIPE de meretrice genus. 2 Redi adultera 3 ſponſa.

Cri-

4 Criminibus 5 manet ultio. Dat 6 tribulatio ſenſum.
Curari 7 renuunt; ideo 8 addam vincla, 9 famemque.
10 Serviet 11 Aſſyriis. 12 Ephraïm de 13 morte 14 redibit.

JOELIS.

Cap. 1 PLANGITE. Scindite 2 corda. Effuſio ſpiritus. 3 Ira.

AMOS.

Cap. 1 MITTAM ignem in gentes, 2 Judamque; ut 3 deſtruat ædes.
Fruſtrà 4 percuſſi. 5 Heu tibi, 6 divitibuſque ſuperbis!
Poſt 7 trullam 8 uncinus. Atque fames verbi; inde 9 revertent.

ABDIAS ET JONAS.

Cap. unicum. ISTE ad Edom. *Cap.* 1 Hic aquâ & 2 ceto 3 tangitque, 4 doletque.

MICHEÆ.

Cap. 1. SAMARIÆ, & Solimæ, 2 injuſtis, & luctus 3 avaris.
4 Mons Domini. 5 Dux Bethleem. Bona 6 monſtrat 7 iniquis.

NAHUM.

Cap. 1 ULCISCENS Dominus, 2 Ninivem 3 diſperdet in irâ.

HABACUC.

Cap. 1 PRÆVALET injuſtus. 2 Spolians ſpoliabitur. 3 Orat.

SOPHONIÆ.

Cap. 1 IN zelo Dominus 2 veniet; 3 genteſque vocabit.

AG

AGGÆI.

Cap. 1 2
CUR non extruitis templum? Hujus gloria major.

ZACHARIÆ.

Cap. 1 2 3 4
RUFUS equus. Menſor. Jeſus. Cum lampade, olivæ.
5 6 7 8
Impietas. Venti. Jejunia. Natio felix.
9 10 11 12 13 14
Rex ſalvans, paſcens, fixus, plagatus, & unus.

MALACHIÆ.

Cap. 1 2 3 4
VEL bene, vel nihil offerte. Ecce viam ille parabit.

I. MACHABÆORUM.

Cap. 1 2
SACRA prophanantur. Legem gens ſancta tuetur.
3 4
Judas victor ubique; pius loca ſancta repurgat.
5 6
Diſſipat, expugnat, cremat, hoſtes, oppida, turres.
7 8 9
Hos fugat; his dat amicitias; morienſque triumphat.
10 11
Certatim victor Jonathas; cumulatur honore.
12 13 14
Fœdera init; capitur. Simon inclytus; undique fulget.
15 16
Laus parit invidiam. Cum natis occidit unà.

II. MACHABEORUM.

Cap. 1 2 3 4
ARDET aqua. Arca altareque in antro. Ærarium. Onias.
5 6 7
Cædes; furta. Senex martyr. Septenaque proles.
8 9
Bella gerens Judas ovat; at male pænitet iſtum,
10 11
Inſtituunt feſtum. E cælo victoria paxque.
12 13
Hos domat. Offert pro defunctis. Jura capeſcit.
14 15
Blaſphemus perit; & ſanctus pro civibus orat.

NO-

NOVUM.

JESU CHRISTI:

TESTAMENTUM.

EVANGELIUM MATTHEI.

Cap. 1 JESUM virgo. 2 Magi dant numera. Tollitur infans.
3 Vox, & verbum ad aquas. 4 Pugnat, vincitque, triumphat.
5 Sis caſtus, mitis, fer, ama, doce, eriſque beatus.
6 Clam da. Ora. Jejuna. Aurum, curaſque caveto.
7 Quodque tibi fieri nolis, ne feceris ulli.
8 Lepra, ſtupor, febris, venti, Dæmonque recedunt.
9 Vocem, oculos, fluxum, vitam, & peccata remittit.
10 Bis ſenos mittit, quibus eſt data ſumma poteſtas.
11 Quæ laus? Quæve minæ, & confeſſio? Quam leve pondus!
12 Spica. Manus. Dæmon. Blaſphemia. Signa. propinqui.
13 Diſcipulis aperit, turbis arcana recondit.
14 Vox moritur. Satiat. Mare calcat. Fimbria ſanat.
15 Nil illota manus. Sanat, ſatiatque ſecundo.
16 Fermentum caveant. Petrus audit petra, Satanque.
17 Reſplendet. Puerum ſanat; didrachmaque ſolvit.

Sis

18 Sis minimus. Fuge ſcandala. Peccantem argue. Parce.
19 Nexus conjugium. Vende, aut poſſeſſa relinque.
20 His dat mercedem; his calicem; illis lumina reddit.
21 Rex Chriſtus, menſas, ficum, Scribaſque revellit.
22 Tentantes reprimit; Sadducæoſque refutat.
23 Vera fides, praxis mala. Væ ſcribis, Solymæque!
24 Corruet hoc templum, & mundus. Veniet Deus ut fur.
25 Hinc vigilare monet ſupremi ob Judicis iram.
26 Paſcha facit, capitur, 27 mortem ſubit, 28 inde reſurgit.

MARCI.

Cap. 1 QUAE vox, quæ doctrina nova? Unde huic tanta poteſtas?
2 Parcat; vel comedat. Legem, nec ſabbatha ſolvit.
3 Reſtituitque manum, blaſphemanteſque retundit.
4 Arcana exponit, tempeſtatemque refrænat.
5 Dæmonium in porcos. Fluxum, vitamque remittit.
6 Hunc teſtantur origo, fabrum, miracula, Chriſtum.
7 Hi labiis orant, hi corde. Hic fatur, & audit.
8 Dat panem, & viſum. Bene de Chriſto, & male Petrus.
9 Reſplendet. Puerum ſanat. Fuge ſcandala, & alta.
10 Hanc retine, hos recipe, hæc dimitte, hunc accipe. Cerne.
11 Chriſtus ovans. Arens ficus. Merx, Scribaque pulſus.
12 Quam bene reſpondent! 13 mundi quam tetra ruina!
14 Traditur, 15 exſpirat, 16 ſurgit, ſuper æthera ſcandit.

Lucæ.

Cap. 1
ANgelus huic, Mariæque refert. Hæc cantat, & ille.
2
Naſcitur, inciſuſque offertur. Quæritur, infrà eſt.
3 Vox parat ecce viam. 4 Jejunat. Patria ſpernit.
5
Piſces, lepra, ſtuporque. Levi miranda loquuntur.
6
Sabbathi is eſt Dominus, nova dans præcepta Magiſter.
7
Dat fidei puerum, & viduæ. Hic laudatur, & ungens.
8
Venti, dæmonium, ſanguis, mors, vitaque parent.
9
Eligit, & ſatiat. Splendet. Dæmonque fugatur.
10
Diſcipulos mittit. Quis proximus, & melior pars.
11
Sic orate. Dei eſt expellere Dæmona. Væ! væ!
12
Fermentum, argentum, curæ, ſomnuſque cavenda.
13
Crimina flete. Hæc erigitur. Quam janua ſtricta!
14
Hydropem ſanat. Legito inferiora, crucemque.
15
Gaudia quanta ab ove, & drachmâ, natoque repertis!
16
Pauperibus date. Lex. Conjux. Et dives avarus.
17
Scandala. Leproſique decem. Hæc ſumpta, illa relicta.
18
Aſſiduuſque, humiliſque ora. Da. Deſere. Cerne.
19
Zachæus. Solimæ expiunt. Flet. pellitur emptor.
20
Tentantes Scribas, Sadducæoſque retundit.
21
Plus aliis dedit hæc. Caſus notat urbis & orbis.
22 Venditus. 23 Illuſus. Fixus. 24 Poſt funera vivit.

JOANNIS.

Cap. 1
VERBUM eſt lux. Fit homo. Eſt Chriſtus, perhibente Joanne.
2
In vinum convertit aquam; zeloque voratur.
3
Si quis vult vitam, bis naſci, & credere debet.
4
Laſſus aquam petit, & tribuit: febrimque repellit.
5
Languidus exiliens. Patris, ac nati una poteſtas.
6
Magnum in pane, marique opus; aſt in corpore majus.
7 8
Murmur de Chriſto. Non hæc lapidata, nec ille.
9
Cæcus abit. Lavat. Et videt, & confeſſus adorat.
10
Oſtium ego, & paſtor bonus; unicum ſit ovile.
11 12
Lazarus è tumulo. Hæc ungit. Plebs clamat hoſanna.
13 14 15 16 17
Hos lavat; hiſque fidem, ſpem, & amorem præcipit. Orat.
18 19
Funes. Flagra. Corona. Alapæ. Crux. Lancea. Myrrha.
20 21
Quærit amans. Dubitat Thomas. Petre, paſce; Quid ad te?

ACTUUM APOSTOLORUM.

Cap. 1 2
ASCENSUS. Sors Matthiæ. Oraque Spiritus implet.
3 4 5
Dum ſalit hic. Scindunt. Mors, & conſtantia terret.
6 7 8
Ex ſeptem, Stephanum lapidant. Samaria credit.
9 10 11
Saulus, & Æneas, Dorcas, dux, genſque vocantur.
12 13
Petri libertas, & Pauli miſſio fulgent.
14 15
Immolat, & lapidat plebs. Circumciſio nulla.
16 17
Cæſi clauduntur. Paulum hinc mirantur Athenæ.
18 19
Dat victum labor, & Pauli ſudaria ſanant.

Suſci-

20 Suſcitat Eutychum, ac Chriſti commendat Ovile.
21 Vi tractus de templo; 22 auget ſermone tumultum.
23 Salvus ab inſidiis. 24 Coram Felice perorat.
25 Appellat Romam. 26 Feſto inſanire videtur.
27 Naufragio appellit Melitam: 28 Romæque moratur.

EPISTOLÆ PAULI AD ROMANOS.

Cap. 1 LAUDATUR Romana fides. Reprobi ultio juſta.
2 Non lex, non natura facit, 3 ſed gratia juſtos.
4 Juſtitiæ reputata fides. 5 Nunc gratia abundat.
6 Per Chriſtum liber; 7 per Chriſtum à lege ſolutus.
8 Gratia ſucceſſit legi. 9 Gentes requiſitæ.
10 Juſtitiam ignorant; 11 Deus hos aliquando reducet.
12 Sancti humiles, cari, lætique 13 obedire potenti.
14 Infirmi. 15 Firmate fidem. Mea gloria gentes.
16 Hos, illaſque ſalutate. Hi mecumque ſalutant.

I. AD CORINTHIOS.

Cap. 1 SOLUS Baptiſta Chriſtus. Crux gloria noſtra.
2 Hanc ſolùm ſcio. 3 Nil ſunt Paulus, Apollo, Cephaſque.
4 Judicium Domino. Ipſius ſunt munera veſtra.
5 Hunc trado Satanæ. 6 Vos templum, membraque Chriſti.
7 Qui nupſit, benè; ſed melius qui Virgo remanſit.
8 Succurre infirmo fratri. 9 Omnibus omnia factus.
10 Nobis eſt potus ſanguis Chriſti, eſcaque corpus.

11 Indigne ergo bibens, vel edens, utriuſque reus ſit.
12 Corporis unius varia eſtis membra fideles.
13 Maxima virtutum Dei amor: 14 majorque prophetans.
15 Chriſtus ſurrexit tumulo. Omnes ergo reſurgent.
16 Collectæ fiant. Ego vos, ſociique ſalutant.

II. Ad Corinthios.

Cap. 1 Adverſis conſtans animus; ſermo quoque conſtans.
2 Si triſtes, quis lætificet? volo, parcite lapſo.
3 Gloria vos eſtis mea. Spem addit 4 gloria major.
5 O! utinam pereat Domus hæc! En 6 tempora ſancta.
7 Veſtra mihi virtus, quin & dat gaudia mœror.
8 Prompto hilarique animo 9 date; vobis Macedo monſtrat.
10 Talis ero præſens, qualem me epiſtola fingit.
11 Zelotes veſtri ſum, tanta pericula paſſus.
12 Laudibus inſipiens nec ero; vos dummodo lucrer.
13 Ædificat, non deſtruit; hæc collata poteſtas.

Ad Galathas.

Cap. 1 Iſtud Evangelium Chriſtus mihi tradidit ipſe.
2 Gentiles mihi. Circumciſio credita Petro.
3 Non factis Abrahæ, at fidei promiſſio facta.
4 Servus ſub lege; at ſub Chriſto filius hæres.
5 Juſtitia à Chriſto. In Chriſti cruce gloria tantùm.

Digitized by Google

AD EPHESIOS.

Cap. 1 CHRISTUS honor, ſors, ſpes, & ſanctificatio noſtra.
2 Gens inimica Deo; nunc facta Domeſtica Chriſti.
3 Participes vos eſſe Dei, hoc annuntio vobis.
4 Unum eſtis corpus; ſit vobis Spiritus unus.
5 Diligite uxores. 6 In ſpiritualia pugnæ.

AD PHILIPPENSES.

Cap. 1 DISSOLVI cupio, at pro vobis vivere votum.
2 Sola meos in vos affectus gaudia produnt.
3 Hæc iterum repeto. Vos, ò 4 mea gaudia, fratres.

AD COLOSSENSES.

Cap. 1 CHRISTUS imago Dei, primogenituſque: creati
2 Crimina donavit nobis, chirographa delens.
3 Exſpoliate hominem veterem. Sal 4 condiat ora.

I. AD THESSALONICENSES.

Cap. 1 VESTRA fides, ſermoque Dei clareſcit ubique:
2 Gloria vos, & ſpes, & 3 conſolatio noſtra.
4 Qui dormit, ſurget. Vigilandum 5 nocte dieque.

II. AD THESSALONICENSES.

Cap. 1 GLORIOR in vobis. 2 Scripta, & non 3 Scripta tenete.

I. AD

I. Ad Timotheum.

Cap. 1 Qui blaſphemus eram, 2 doctorem gratia fecit.
3 Irreprehenſibilis ſit Epiſcopus, atque Miniſter.
4 Spiritus erroris veniet. Lege, carpe, doceto.
5 Sic vive erga alios; 6 alii ſic. Gratia tecum.

II. Ad Thimotheum.

Cap. 1 Intrepidum te age præconem; mecumque labora.
2 Regnabit patiens. Noli contendere verbis.
3 Devitans homines ſceleratos. 4 Sobrius eſto.

Ad Titum.

Cap. 1. Elige Presbyteros. 2 Dictis, 3 factiſque moneto.

Ad Philemonem.

Cap. unicum. In me ſuſcipio, fili, quod Oneſimus in te.

Ad Hebræos.

Cap. 1 Filio & hæredi Chriſto 2 Deus omnia ſubdit.
3 Hic Moyſis Dominus. 4 Requiem credentibus offert.
5 Pontificum exemplar. 6 Recedenti grande periclum.
7 Melchiſedech typo æternus 8 ſummuſque Sacerdos.
9 Sanguine ſanctificat Chriſtus; 10 ſemel hoſtia factus.
11 Mira patrando fides, nondum promiſſa recepit.

[12] Aſpicite in Jeſum; [13] veſtriſque obedite magiſtris.

Jacobi Epistola Catholica.

Cap. 1
SIs patiens, mitis. [2] Fidem praxiſque ſequatur.
[3] Lingua, capido, & [4] opus mala. Inungat [5] Presbyter ægros.

I. Petri.

Cap. 1
SANGUINE mundati. [2] Conformes vivite Chriſto.
[3] Sint cultus, [4] mores, & [5] dicta hoc nomine digna.

II. Petri.

Cap. 1
SCANDITE ad alta. [2] Iſtos fugite. [3] Expectate futura.

I. Joannis.

Cap. 1
LUx Deus eſt. Tenebræ nos. [2] Lux ſed ſimus amando.
[3] Tantum debemus [4] quantum eſt [5] teſtatus amorem.

II. & III. Joannis.

Cap. unicum. Cap. unicum.
HÆRETICO nec ave dicas. Tibi plura reſervo.

Epistola Catholica Judæ.

Cap. unicum.
TRADITA jam vobis fidei præcepta tenete.

Digitized by Google

APOCALYPSIS.

Cap. 1 VIDI viventem, & candelabra aurea ſeptem.
2 Sede movebo ſua fragilem. Dabo præmia forti.
3 Evomam ab ore meo tepidum. Sto, & ad oſtia pulſo.
4 Ter ſancto Domino benedictio: gloria 5 & Agno.
6 Prodigiis fœcunda micant reſerata ſigilla.
7 De quacumque Tribu ſignantur millia bis ſex.
8 Signa tubas cœlo, terrâque, 9 marique ſecuta.
10 Fulmina dant voces. Librumque vorare jubetur.
11 Et recipit teſtes, & grates intonat æther.
12 Fulgida ſole paritque fugitque. Hinc pugna draconis.
13 Beſtia blaſphemat Dominum, ſanctoſque, domumque.
14 Agnum virginitas, morientes facta ſequuntur.
15 Cantant victores. 16 Phialas effundite ſeptem.
17 Magna Babel meretrix, 18 cœlo exultante, peribit.
19 Cœna agni. Rex regum. 20 Annorum mille poteſtas.
21 Sponſa Dei eſt Eccleſia. 22 Et eſt lux illius Agnus.

FINIS.

40/1467914